

# Gospel for the Third Sunday of Advent

Tonus evangélii

**D**

Ominus vobíscum. Rx. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti




Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. Rx. Glóri-a tibi Dómine.

**I**


-n illo témpore: Misérunt Judáe-i ab Jerosólymis sacerdótes et leví-tas



ad Jo-ánnem, ut interrogárent e-um: Tu quis es? Et conféssus est, et non




negávit: et conféssus est: Qui-a non sum ego Christus. Et interrogavérunt




e-um: Quid ergo? E-lí-as es tu? Et dixit: Non sum. Prophéta es tu? Et




respóndit: Non. Dixérunt ergo e-i: Quis es, ut respónsum demus his, qui




misérunt nos? Quid di-cis de te ipso? A-it: Ego vox clamántis in desérto:




Di-rígi-te vi-am Dómini, sicut dixit Isa-í-as prophé-ta. Et qui missi fú-e-



rant, erant ex pharisé-is. Et interrogavérunt e-um, et dixérunt e-i: Quid



ergo baptízas, si tu non es Christus, neque E-lí-as, neque prophéta?




Respóndit e-is Jo-ánnes, dicens: Ego baptízo in aqua: médi-us autem




vestrum ste-tit, quem vos nescí-tis. Ipse est, qui post me ventúrus est,



qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut solvam ejus corrí-



gi-am calce-aménti. Hæc in Betháni-a facta sunt trans Jordánem, ubi



erat Jo-ánnes baptí-zans.